

manis ante commonitus habeatur. Ipsi etiam et suis, quamdiu ibidem fuerint, expensas ministrabimus integraliter ac perfecte. | Preterea idem marchio nobis tenebit sexaginta armatos, interim quod prelium nostrum durat, in marchia Lusicensi vel in Zarowe, secundum quod nobis magis utile fuerit et acceptum. | Si vero fratri nostro B(olezlao)<sup>b)</sup> de terra Teutonie ultra ducentos armatos in auxilium venerint, idem marchio armatos totidem nobis mittet, ut terram nostram defensare possimus. | Et si aliquis princeps Teutonie cum potentia contra nos veniret, idem marchio ad defensionem intrabit personaliter terram nostram, nisi ipsum legitima causa excuset, | et tunc homines suos mittet, ut eandem terram nostram suo possimus auxilio defensare. Si autem pauciores quam ducenti eidem fratri nostro in auxilium venerint, | marchio illos homines, quos in confinio habet Polonie, in subsidium nobis mittet. Preterea castrum Scidelowe ipsi marchioni presentabimus ante festum beati Iohannis | baptiste; quod si non faceremus, trecentas marcas argenti Misnensis ponderis sibi in festo Michaelis solvemus. Si vero castrum Scidelowe per se optineret et per | amiciciam ab Andrea, qui nunc idem possidet<sup>3)</sup>, haberet, tunc nos eidem Andree et suis servis restaurum in bonis nostris propriis in feodo triginta | duarum marcarum faciemus, quod feodum iam a dicto marchione iure optinent feodali, et nichilominus nos eidem marchioni trecentas marcas solvemus. Preterea nullus ministerialis vel vasallus marchionis ipsius contra nos dicto fratri nostro astat. Quod si fieret, marchio erit inimicus illius, sicut | nos fuimus atque sumus. Dat. Misne anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XLVIII<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> kalend. maii, septime indictionis.

(SP.)

## 8.

*Markgraf H(einrich) von Meißen beurkundet, dass er ein Bündnis mit Herzog H(einrich III.) von (Schlesien) gegen dessen Bruder (Boleslaus II.) eingegangen ist und sich verpflichtet hat, mit diesem keinen Frieden ohne die Zustimmung des Herzogs zu schließen und dass dieser einer von Markgraf Heinrich eventuell herbeigeführten Einigung zwischen den Brüdern Folge leisten wird.*

*(1249 April 20, Meißen)*

7. b) Oder Boleslao; weniger wahrscheinlich: Bolezlauo bzw. Bolezlauo; vgl. Irgang, *Schlesisches UB II*, S. 307 (Register) s. v. Boleslaus.

3) Der Besitzer der Burg, Andreas, scheint identisch zu sein mit jenem A(ndrea) castellano Sydlov, der am 12. März 1243 als Zeuge in einer Urkunde Herzog Boleslaus' II. von Schlesien genannt wird; Edition: Irgang, *Schlesisches UB II*, S. 145, Nr. 241 (mit weiteren Hinweisen); Regest: Grünhagen, *Regesten zur schlesischen Geschichte I*, S. 266, Nr. 596; vgl. hierzu auch Theuner, *UB Kloster Neuzelle I*, S. 2, Anm. 1.